



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CXCII. Prorogatio Indulgentiarum a Romanis Pontificibus concessarum
Sacramentum Eucharistiæ summentibus in Ecclesiis, ubi a Patribus Soc. Jesu
agitur Communio Generalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

De Defini-
torio.

primo Capitulo Provinciali, id ipsum pariter fiet in casu obitus Provincialis, vel Socii, ita quod Provinciali succedat in officio Primus Definitor ejusdem nationis, & Socio secundus Definitor ejusdem pariter nationis, cuius fuerit ille, qui obierit.

§. 4. Secundo in quolibet Definitorio sint aequales Patres vocales Tyrolenses ex una parte, & Patres Austriaci ex alia. Negocia autem, quae ibi pertractabuntur, concludantur, & definiantur per pluralitatem suffragiorum. Quod si contingat vota tam favorabilia, quam contraria paria esse, iterum, & tertio res proponantur, & si denuo suffragia secreta adhuc aequalia erunt, decisio fit penes Praesidem Definitorii, seu Capituli, juxta Constitutiones Ordinis.

Superioribus
Localibus
Conven-
tuum.

§. 5. Tertio cum Conventus constituentes unam Alternationis partem, quae Austriaca vocanda erit, sine illi, qui in Austria, & Hungaria reperiuntur: In Superiores locales horum Conventuum assumantur Austriaci, vel etiam eisdem Parti incorporati, quae tamen incorporatio extraneorum Patrum pro Austria, & Hungaria Conventibus ad Superiores majores nationis Austriacae spectet. Quod idem omnino vicissim servandum erit ex parte Tyrolensium.

Novitiatus.

§. 6. Quarto. In posterum sit Novitiatus unus in Austria pro candidatis Austriacis, & Hungaris, & alter in Tyrolo pro Tyrolensibus, & eorumdem incorporatis.

De recipien-
dis in una-
quaque Pro-
vincia ad
professio-
nem.

§. 7. Quinto. Hujusmodi Candidati suscipiantur in Definitorio a Superioribus propriae Nationis respective in aequali vocalium numero, ut supra dictum est, sicut cuique parti in Domino necessarium esse, & expedire videbuntur. In praedicto autem Definitorio Patres utriusque Nationis decernant, ne aliqua natio Religiosis inutilibus alterius nationis plus iusto gravetur.

Erario, Le-
gatis, & Pro-
curatore Na-
tionis.

§. 8. Sexto. Erarium publicum Provinciae dividatur, & hereditates, ac legata Austriacorum, aut Hungarorum spectent pariter ad Erarium dumtaxat partis Austriacae: sicut vicissim spectantia ad Tyrolenses, ad erarium Tyrolensium devolvantur. Administratio autem erarii Austriaci ad Patres Definitorii Austriacos, & erarii Tyrolensium, ad Patres Definitorii Tyrolenses tantum pertineat. Porro capitalia tam certa, quam dubia ad iustitiam, & aequitatis regulam ex aequo lance dividantur. Si autem quaedam ex his Capitalibus facti unius, vel alterius Nationis male fuissent elocata, vel distracta, ita quod res certa, incerta, & dubia redderetur, parti nocenti attribuantur. In Procuratorem autem Provinciae assumatur Persona idonea non habita ratione Nationis, quae exacte se conformet Constitutionibus Ordinis.

De non
transfere-
ndis
Religionis
ab una ad
aliam Pro-
vinciam nisi
necessitate
cogente.

§. 9. Septimo. Nullus deinceps Religiosus unius nationis ad Conventum alterius nationis, sine publica, & gravi necessitate per Patres Provincialem, & socium approbanda, mittatur; & si id fieri contingat, expensa solvantur ab Erario illius Nationis, in cuius commodum similes mutationes fient.

Initio Alter-
nationis.

§. 10. Octavo. Hujusmodi Alternationis initium detur in futura Dieta Provinciae quae attentis circumstantiis, & necessitatibus praesentibus fiat statuto tempore Viennae Austriae, atque in illa res disponantur circa superiores eligendos pro Conventibus Austriae, & Hungariae, conformiter ad numerum Tertium horum articulorum. Nihil tamen innovetur circa Definitorium, quod idem omnino perseverabit usque ad Capiculum Provinciale.

Approbatio
Vicarii Ge-
neralis Ordinis.

§. 11. Hinc, cum & Nos majorem Dei gloriam Ordinis nostri incrementum, regularis disciplinae observantiam, sanctae Iustitiae administrationem, atque firmiorem animorum concordiam ex hac Alternatione futuram esse in Domino confidamus, auctoritate Officii nostri, & quantum in Nobis est, vobiscum convenientes, hanc Al-

ternationem executioni demandandam ratam habemus, approbamus, & quatenus opus est confirmamus. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. In quorum fidem praesentes has nostras manu propria subscriptas, ac officii nostri sigillo munitas dedimus. Romae in Conventu nostro S. Marcelli die 23. Januarii 1737. Fr. Joseph Maria Vicarius Generalis Apostolicus Servorum B. M. V. loco ✠ sigilli. Fr. Paulus Maria Card. Secretarius Ordinis.

Confirmatio
Pontificia.

§. 12. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat praefati Symphorianus Maria per Germaniam Vicarius Generalis, ceterisque Religiosis nationis Austriacae, praemissa quo firmius subsistant, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summo opere desiderent, Nos ipsorum Exponentium votis quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Alternativam de consensu Partium factam, & a memorato Josepho Vicario Generali approbatam, & confirmatam, ut praefertur, consecramusque de super scripturam praesentem cum omnibus, & singulis in eo contentis, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus.

Praesentium
Literarum
firmitas.

§. 13. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrario-
rum.

§. 14. Non obstantibus praemissis ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon praedictorum Ordinis, & Provinciae, etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 7.
Febr. 1737.
An. VII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 7. Februarii 1737. Pont. Nostri Anno Septimo.

Prorogatio Indulgentiarum a Romanis Pontificibus concessarum Sacramentum Eucharistiae sumentibus in Ecclesiis, ubi a Patribus Soc. Jesu agitur Communio Generalis.

CXCII.

C L E M E N S P P . X I I .

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§. 1. C Um fel. rec. Innocentius PP. X. Praedecessor noster ad augendam Fidelium

Indulgentiae
ab Innoc. X.
concessae fu-

1737.
charitativam su-
mentibus in
Ecclesiis, in
quibus a Pa-
tribus Soc.
Jesu Com-
munio Gene-
ralis agitur.

Religionem, & Animarum salutem coelestibus Ec-
clesiæ Thesauris pia charitate intentus, omnibus
utriusque Sexus Christianis fidelibus penitentibus, &
confessis, qui aliquam Societatis Jesu, vel quam-
cumque aliam Sacramentalem Ecclesiam ubicumque
existentem una ex Dominicis cuilibet mensis,
qua Communio Generalis sollicitudine dilecto-
rum Filiorum Clericorum Regularium dictæ So-
cietatis, & quoad Ecclesias Sæculares de li-
centia Ordinariolorum locorum, illarumque Re-
ctorum consensu ibidem ageretur, devoto visi-
tassent, & iisdem Dominicis in aliqua ex prædi-
ctis Ecclesiis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramen-
tum sumpsissent, ibique pro Christianorum Prin-
cipum concordia, hæresum extirpatione, ac San-
ctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum
preces effudissent, plenariam omnium peccato-
rum suorum Indulgentiam, & remissionem, quam
animabus Fidelium Defunctorum, quæ Deo in
charitate conjunctæ ab hac luce migravissent,
per modum suffragii applicare possent, miseri-
corditer in Domino ad quindecim annos tunc
proximos tantum concesserit.

§. 2. Et subinde concessionem hujusmodi rec.
mem. Alexander VII. etiam ad quindecim an-
nos, ac Innocentius XI. pariter ad quindecim
annos, & Innocent. XII. itidem ad totidem
annos, & Clemens XI. quoque ad alios quindecim
annos, nec non Innocentius XIII. Romani
Pontifices Prædecessores etiam nostri ad simile
temporis spatium prorogaverint, & alias prout
in ipsorum Innocentii X., Alexandri, Innocentii
XI., Innocentii XII., Clementis, & Innocentii
XIII. Prædecessorum literis desuper in simili for-
ma Brevis expeditis, quarum tenores præsentibus
pro plene, & sufficienter expressis, & insertis
haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Sicut autem pro parte dilecti filii Pro-
curatoris Generalis dictæ Societatis nobis nuper
expositum fuit, quindecim annorum a memo-
rato Innocentio XIII. Prædecessore, ut præfertur,
prorogatorum finis instet, cupiatque propterea
idem Procurator Generalis opportune in præ-
missis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri;
Nos Christianis pietatem coelestium munerum
dispositioni nostræ a Domino creditum largi-
tione, pariter fovere, atque incitare, dictique
Procuratoris Generalis votis hac in re favorabi-
liter annuere volentes, eumque a quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & interdicti,
aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœ-
nis a Jure, vel ab homine quavis occasione,
vel causa latis, si quibus quomodolibet inno-
datus existit, ad effectum præsentium dumtaxat
consequendum, harum serie absolventes, & ab-
solutum fore censentes supplicationibus ejus no-
mine nobis super hoc humiliter porrectis incli-
nati, concessionem plenariæ Indulgentiæ, &
peccatorum remissionis a memorato Innocentio
X. Prædecessore ad quindecim annos, & a præ-
dictis Alexandro, Innocentio XI., Innocentio
XII., Clemente, & Innocentio XIII. Præde-
cessoribus ad alios quindecim annos prorogamam,
ut præfertur ad quindecim alios annos a fine
novissimæ prorogationis hujusmodi numerandos,
servata tamen prædictarum literarum forma, &
dispositione, auctoritate Apostolica tenore præ-
sentium prorogamus pariter, & extendimus,
ac denuo concedimus.

§. 4. In contrarium facientibus non obstanti-
bus quibuscumque. Volumus autem, ut si pro
impetratione, præsentatione, admissione, seu
publicatione præsentium aliquid, vel minimum
detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsen-
tes nullæ sint; utque ipsarum literarum transump-
tis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus
Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societatis
subscriptis, & Sigillo Præpositi Generalis dictæ
Societatis, vel alterius personæ in Ecclesiastica

dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides
ubicumque locorum habeatur, quæ haberetur
ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris die 22. Februarii 1737. Pont.
nostri Anno VII.

F. Card. Oliverius.

Confirmatio deliberationum circa Smutionem
commendarum Hospitalis Sancti Joannis Hiero-
solymitani alias jam approbatarum a M.
Magistro Ordinis.

C L E M E N S P P . X I I .

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini divina disposi-
tione præsentibus, illa, quæ pro felici,
celerique, & proficua dignitatum, & munerum
Ecclesiasticorum quorumcumque, & præsertim
Ordinum Militarium, egregiam Reipublicæ Cri-
stianæ operam navantium provisione, ac præca-
vendis litibus, & controversiis, quæ suboriri
possent, provide, prudenterque deliberata, ac
ordinata, & decreta fuisse noscantur, ut firma,
atque illibata permaneant, Apostolici munimi-
nis nostri præsidio, cum id a nobis petitur, li-
benter constabimus.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt
dilecti filii Magnus Magister, & consilium Hos-
pitalis S. Joannis Hierosolymitani, quod pro
bono ordine, & provisione circa Smutionem
Præceptoriarum, seu Commendarum ejusdem
Hospitalis, prævia quatuor Commissariorum a
dicto Consilio specialiter deputatorum relatione
deliberationes in eodem Hospitali servandæ in
omnibus casibus Smutionum hujusmodi factæ
fuerunt, tenoris sequentis, videlicet:

§. 2. Fr. D. Raymundus Despuig Dei gratia,
Sacre Domus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani,
& militantis Ordinis S. Sepulchri Domini
Magister humilis, Pauperumque Jesu Christi cus-
tos universis, & singulis præsentibus nostras literas
visuris, lecturis, & audituris salutem. Notum
facimus, & in verbo veritatis attestamus, quali-
ter infra scriptum decretum extractum fuit ex li-
bro Conciliorum in Cancellaria nostra conserva-
to, in quo similia notari, & registrari solent,
quod quidem in hanc publicam formam extrahi,
& redigi iussimus, ut ubique tam in Judicio, quam
extra eidem plena, & indubitata fides adhibeatur.
Cujus tenor est, qui sequitur videlicet: Die 10.
mensis Januarii 1736. ab Incarnatione perfectæ
relatione Venerandorum Commissariorum die
30. Augusti proxime præteriti deputatorum,
cujus tenor est, qui sequitur, videlicet:

Eminentissimo Signore, e Sacro Consiglio.

In adempimento della Commissione incarica-
taci dall' E. V. e da questo suo Sacro Consiglio
per Decreto dei 30. Agosto scorso, ed ampliata
poi sotto li 11. Novembre seguente, abbiamo
esaminato colla dovuta attenzione così quello
viene rappresentato nel memoriale dei Procurato-
ri della veneranda lingua d'Italia, come anche
altri inconvenienti, che ponno occorrere in ma-
teria di Smutizioni, tanto delle Commende, che
si troveranno in rendita, quanto di quelle, che
si smutiranno in tempo del mortorio, e vacante,
e per darvi un' opportuno provvedimento, siamo
convenuti nel parere che V. E., e questo suo Sa-
cro Consiglio debbano stabilire ed ordinare l'of-
servanza di quanto siegue, cioè:

Che venendo alcuna Commenda dimandata
da più concorrenti, dovranno questi alla riserva

dell' an-

A Successo-
ribus proro-
gata.

Ad alios
quindecim
annos exten-
duntur.

Contrario-
rum deroga-
tio, danda-
que transum-
ptis fides.

Dat. die 22.
Febr. 1737.
An. VII.

CXCIII.

Prooemium.

A Consilio
hujus Or-
dinis data
norma Smu-
titionum
Commenda-
rum.

Decretum
laudati Con-
silio quatuor
Commissa-
riorum.